

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Qvintae Partis Iohan. Eckii In Lvtherum Et Alios. Tomvs ...

Homiliarum de Sanctis. Homiliae V. de speranda uictoria ex Turca, ad
Reuerendissimum Cardinalem Tridentinum, additae

**Eck, Johannes
Luther, Martin**

[Augsburg], 1534

VD16 E 392

Homilia tertia in die ascensionis domini contra haeresim parabaptismi.

[urn:nbn:de:bsz:31-62128](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-62128)

Homilia tertia in die ascensionis domini contra hæ- resim parabaptismi.

Nisi quis renatus fuerit ex spi-
ritu & aqua &c. Iohan. iij.

Niquū est paruulo ex Christianis
parentibus nato prohibere baptis-
mū, sed Christianū adultū denuo
baptizare imāissimū scelus est, ut ait Aug.
usq; adeo rebaptizatio maximi pēti locolha-
bita semp est, sicut & Leo añ mille ānos &
ultra scripsit, Scimus inexplabile esse faci-
nus, quotiens iuxta hæreticorum dogma-
ta, contra sanctorum patrum instituta co-
gitur aliquis lauacrum quod regenerandis
semel tributum est, bis subire, apostolica
reclamante sententia, quæ nobis prædicat
unam in trinitate deitatem, unam in fide
confessionem, & unum in baptismo sa-
cramentum. Vnde & in hæc tempora
usque magna & grauis instituta est poena
rebaptizatoribus in iure canonico, quo sic
cautum est ut episcopi & præbyteri qui se
denuo baptizari permisissent per omnem
uitā a suo suspenderentur officio, deinde sa-
cramentū eucharistiæ ut laici sub unica m-
specie sumerent, laici autē & reliqui homi-
nes, pphani si bis ignoranter baptizati sunt
nō indigēt pro eo pœnitere, nisi q̄ secundū
canones ordinari nō possunt, qui autē non
ignari iterū baptizati sunt, quia quasi iterū
crucifixerūt Christū, per. >. annos pœni-
teant, quarta & sexta feriā & tres quadra-
ge-
simas ieiunent, Neq; uero illud canonibus
tantū & ciuilibus legibus est sanctū, sicut
peculiaris extat in codice titulus ne sacrum
baptisma reiteretur, ubi Imperatores Va-
lentinianus Gratianus & Valens sic statue-
runt, Eorū condemnamus errorē qui apo-
stolorū p̄cepta calcantes, Christiani nomi-
nis sacramēta sortitos alio rursus baptisma-
te nō purificant sed incestant, lauacri noīe
polluentes, Imp. etiā Honorius sic decreuit,
qm̄ si quis rebaptizare quēpiā de ministris
catholicę sectę fuerit detectus, una cū eo q̄
piaculare crimen commisit, & hic cui per
S iij

De cons.
Dist. 4.
rebaptiza-
re leo. cū
itaq; eadē
dist.

C. eos
quos eadē
dist.

C. qui bis

C. ne. sac.
bapt. reit.

Luc. 1.

Luc. 1.

nam uirtus baptismi imo & ipsa efficacia
passionis Christi in eis perdita est, iamque
præualeat in eis insidiator generis humani
excecans eos, & furiosos efficiens, ut igno-
rent tandem quid agant quidue dicant
quod & ipsi fatentur, si quando per gra-
tiam dei redeant ad cognitionem peccati,
Atque hæc caussa est quur uitā suam adeo
nihil faciunt, immemores sui liberorumq;
suorum, hoc enim & eo amplius quiddam
porest diabolus, qui si ydololatrias in tātum
furorem conuertit, ut proprios suos libe-
ros sacrificarent dæmonijs & igni absume-
rent, sicut testatur etiā, ludæos hoc fecisse,
Deut. 11. David quū ait, Immolauerūt filios suos &
Psalm. 105. filias suas dæmonijs, & effuderunt sangui-
nem innocentem, sanguinem filiorum suo-
rum & filiarum suarū quas sacrificauerunt
sculptilibus Chanaan, Quæ insania nonne
ab omni humanitate alienissima est, ultro
propriis comburere liberos, quū interim
bruta animalia uitam suam pro fætu pro-
leque impendant, & quū hoc facile possit
diabolus, quomodo nequeat & Catabapti-
stas gratia baptismi priuatos eo modo obli-
dere ualide ita indurare, ut temerarie ignis
flammas intrent nihilo diuersi a furiosis,
Dominus deus illos omnes illuminet
quatenus gratiam & prærogatiuam
baptismi rursus consequantur, si cōp-
cum ijs, qui ex aqua & spiritu
renati sunt intrare possint in
regnum cœlorum, quod
omnibus nobis conce-
dat Christus do-
minus no-
ster.
A M E N.

De ascensione

suasum sit ultimo supplicio percellatur, ultimo supplicio, glossa habet, quod mortem interpretamur ff. de poena l. ultimum. Sunt quidem qui dum inepte defendunt parabaptistas, magistratus seculares incusant iniquitatis quod illos morte adficiunt, unde & uolunt extremum supplicium non esse mortem quasi sit alia poena ulterior mortis inferior. Quodcumque ergo defensores isti Catabaptistarum dederint supplicium inferius morte extremum dici non poterit, siquidem adfligi semper adhuc magis possent in morte: Hæc non eo dico quasi tanta mihi sit humani sanguinis sitis, ut uoluptatem capiam ex miseranda deploratorum hominum caede, quos quis non mallet conuersos saluari, sed ideo tantum commemorauimus, ut sic in magistratu seculari positi, habeant in quo saluent & expurgent conscientiam suam, neque se ipsos aggrauent ex cuiuscunque rudis & imperiti hominis sermonibus ineptis, siquidem qui princeps est non frustra gladium portat sed in uinctam malorum, Ita censent decernendum Theodosius etiam & Valentinianus & Archadius, sanctum Baptisma inhonorantibus nullo remedio poenitentiae quæ solet alijs criminibus adesse, succurritur. Vnde colligere quilibet facile potest nouum non esse Catabaptistas a magistratibus dignis supplicijs tractari, quando illud Imperatores ante mille annos in suis legibus statuerunt, cuius isti nostrorum temporum Catabaptiste antiquos illos malitia & perversitate multis modis superent propter alios multos horribiliores errores & blasphemias, quibus irretiti sunt aduersus sacramenta contra missam, ipsamque Mariam matrem dei, aduersus confessionem & omnia opera bona, E quibus nos nunc parabaptismum tantum confutabimus qui semper adeo exosus fuit ecclesie, ut constitutum sit aliquem denuo baptizari non debere etiam si ab hæretico, Iudæo aut gentili baptizatus antea fuisset, dummodo ibi legitima obseruata esset forma ecclesie sicque in multis concilijs decretum, sanctisque patribus est placitum, paruulos baptizari debere sub amissione & priuatione salutis æternæ, quoniam ad eos pertingit illa sen-

tentia Christi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu &c.

Aue Maria.

Cuilibet Christiano satis hoc esse debet, ut credat firmiter, baptismum illum, quæ in infantia suscepit sufficere sibi ac neutiquam persuadeatur alium de integro suscipere Baptismum, non tam ipsi quidem baptismum quæ spiritui sancto in calumniâ & contumeliâ, quoniam quum Paulus Liddam cum tota familia baptizauit, quis non credat tunc etiam paruulos esse baptizatos & mulieres, similiter quando idem totam familiam Stephanæ baptizauit, Et quid tandem misericordem & benignissimum Christum impediat, quo minus nunc quoque paruulos suscipiat, qui iam olim eos in ueteri testamento benedixit, sic enim ait, Si postquam audieris hæc iudicia custodieris ea & feceris, custodiet & dominus deus tuus pacem tibi & misericordiam, quam iurauit patribus tuis, & diliget te ac multiplicabit benedictumque fructui uentris tui: Quod si iam deus benedixit filiis Iudæorum, quum non & Christianorum liberos benedictione dignaretur gratia baptismi, sicut superiori homilia confirmauimus: Vnicum restat adhuc ut falsas eorum persuasiones & uanissima fundamenta declinemus, ostendamus etiam ubi sacris literis abutantur, & earum uerum intellectum eos doceamus.

Principio fortiter in hoc pedem figunt, quod baptizandus nemo sit nisi secundum legem, & præceptum dei, iam uero mandauit dominus ipseque adeo Christus sic dixit discipulis, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, Eûtes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hic admodum contendunt parabaptiste & clamitant, neminem esse baptizandum nisi prius doceatur & credat, Cõsistat hoc ex Euangelio Marci quum dicat dominus, Euntes in mundum uniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui autem non crediderit cõdēabitur, Adducit ad illud etiam id quod Petrus dixit, poenitentiam agite

Rom. 13.

L. hi. ca. de apo.

C. ostendimus, c. Ro. pō. c. a quo dam de cōf. dis. 4.

Act. 16. 1. Cor. 1. Deut. 7.

Mat. ult.

Marc. 16.

agite, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu, ubi poenitentia praemittitur ante baptismum, quae tamen in paruulis esse non potest.

Responsio, Verba Christi utique concedimus quoniam uera sunt, sicut ibi leguntur ad litteram, siquidem ibi commisit dominus apostolis Euangelium praedicare per uniuersum mundum, & fideles baptizare, Vera haec omnia, sed quod tu inferis, neminem baptizari debere nisi ei antea praedicetur, & ipse credat, hoc sane somnium & commentum est, nec aliquod habet in sacris literis fundamentum, nam dum illud coacte ex hoc textu colligis, erras turpiter & peruersis quod uiolandum non erat (est mera haec fallacia consequentis, quum a negatione antecedentis inferatur negatio consequentis) Sane debebant apostoli & docere & baptizare credentes, sed in negando sic procedendum non est ut dicas, ergo qui non docetur, baptizari non debet, fallax haec consequentia est speciem tantum habens bonitatis, quum bona non sit, ut pueri docentur in scholis, Vis exemplum simile, bona haec est consequentia si dico, Homo est, igitur intellectuale est, Cum negatione non bene sequitur, Homo non est, ergo intellectuale non est, nam & angelus quum homo non sit, rationem tamen habet & sic consequens potest subsistere sine antecedente, & baptismus in paruulis esse potest in quibus neque doctrina nec fides propria praecedat.

2. Quod si parabaptistae ut sunt peritines in hac perseverare conentur, sententiam Christi fuisse, sicuti & fuit, doctrinam apostolorum debere praecedere baptismum, & id nos recipimus iuxta commissionis modum, & sicut tunc erant res fidei, quia tunc oportebat doctrinam praecedere baptismum adultorum simul & paruulorum, adultorum quidem quia nisi edocti prius fuissent, baptismum nunquam suscepissent, paruulorum autem, quoniam nisi antea parentes cognouissent utilitatem baptismi, neque liberos suos baptizari permisissent.

Hic itaque textus nihil aliud probat, nisi oportere doctrinam praecedere baptismum,

quod & uerum est, sed quod nobis Cata baptistae illud nominis coarctant, adstringentes & paruulos ad doctrinam, haec sane sententia Christi non est, sed sufficit in adultis praemitti doctrinam, sicuti doctrina & lex Abrahae data satis erat, qui deinceps circumcidit filium suum Isaac, ignarum quid ageret uel operaretur circumcisio, sed de hoc paulo post dicemus quomodo fides parentum sufficiat etiam liberis, Argumentum hoc Catabaptistae Neochristiani dissoluere conantur, per hoc quod etiam doctrina sequatur baptismum, frigide nimis & inepte, nam & Catabaptistae & neochristiani & nos catholici omnes fatemur ultra doctrinam etiam sequi baptismum, atque in eum usum praedicatores & alij praefecti sunt instituti, hoc docere debebant illi, quomodo doctrina praecedat baptismum sicut iam explicauimus de adultis.

3. Ad haec oportet hic parabaptistas collatione scripturarum adhibita uidere quae nam praecipua cuiusque sit sententia, Nos ergo si recte aspicimus hunc textum, uidebimus non hanc capitalem supremamque fuisse intentionem, qui nam Baptizentur & qui non, sed illam, quod hic praedicandi officium apostolis iniunctum est, qui fidem per uniuersum mundum in omnibus gentibus plantarent, & hinc baptizandi munus uelut appendicis loco iungitur, qui praedicationem illam & fidem suscipiebat, is etiam baptizabatur, Nihil hic de baptismo peculiare positum est praeter formam, quae erat ut baptizarent in nomine patris & filij & spiritus sancti, Cui autem necessarius sit baptismus, Christus hoc loco non docuit, quod inde colligimus quia sequitur: Qui non crediderit condemnabitur, non enim dicit, Qui non baptizatus fuerit, sicut illud pulchre expendit Bernardus. Caterum si considerare uelimus sacramenti huius necessitatem & quibus conducat, inueniemus illud in Iohanne, quum dicit dominus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum coelorum, Generalis est haec loquutio ut inquit Augustinus, Aug. oes homines tangit senes & iuuenes,

Lutherus
ni male
soluunt
rationem
Anabaptistarum.

Bernhardus.

Ioh. 3.

Augustinus.

De ascensione

etiam infantes, ergo si ad regnum coelorum peruenire uolent, oportet eos baptizari.

Li. 83. ques. 4. Augu. etiam ait q̄ circumstantiæ illæ luminent scripturæ sensum, & illæ igitur hic ponderatæ si fuerunt, ubi demandauit dominus legem Euangelicam prædicari debere, uel hæc sola circumstantia docet de adultis hic agi, & præceptum hoc ad paruulos nihil pertinere, ut sic de illis ex loco neq̄ adfirmatiue neq̄ negatiue colligi quæquam possit, quæuis sequitur q̄ credentibus adultis & baptizatis, baptizati sint etiam paruuli, quod tamen ex illo textu minime sed ex Iohan. 3. elicitur. Vnde iam ex ijs omnibus constat, neochristianos ex hoc contextu nihil omnino posse aduersus ecclesiam catholicam sustinere, q̄ Lutherani ponderant uerbū, omnes gentes, nihil probant contra catabaptistas, quia non comprehendit pueros, dicerent ipsi quia ex textu euincitur q̄ loquatur de gentibus docendis, sed paruuli non docentur, Et sic appareret etiam responsio ad locum Petri, qui quū senioribus loquebatur interrogantibus eū quid facere deberent, ubi statim subiunxit ille de poenitentia agenda, quod utiq̄ ad paruulos nihil pertinet, quamuis citra dubium parētes baptizati suos etiam liberos deinde permiserint baptizari, quomodo August. ait baptismum paruulorum nos habere ab ipsis iam inde temporibus apostolorum, & subscribit Dionysius.

Luc. 1. Greg. 2. Deinde Catabaptistæ simplicibus ingerunt & obtrudūt exemplum Christi, quoniam ille non paruulus sed trigessimū iam agens annum sit baptizatus, iam uero aiunt, constat omnem Christi actionem nostram esse instructionem, sicut ergo Christus ipse paruulus baptizatus non est, ita paruulum nullum baptizauit, sed neq̄ ipse nec apostoli illud facere uspiam commiserunt: concedimus sane Christum anno decimum trigesimo esse baptizatum, quæuis Augusti. & Chryso. putant eum illam ætatem iam excessisse, in quo non laboramus, sed ut occurramus Catabaptistæ, dicimus primo, q̄ si omnes circumstantiæ baptismatis

Christi deberent examinari & obseruari, non baptizaremur baptismō Euangelico, sed tantum baptismō Iohannis, quoniam in illo baptizatus est Christus, secundum cōmunem doctorum sententiam, sicut & historia ipsa pulchre consonat (nisi q̄ hic Damas. est singularis) 2. Deinde sequetur neminem baptizari debere nisi qui anorum. 30. esset, quod ipsi etiam Catabaptistæ non obseruant, quos uellem, ego autē dire hic quur tandem illam Christi ætatem præuenirent.

Ad hæc si omnes uellent baptismatis Christi seruare circumstantias, oporteret eos tantum in Iordane baptizari, aut ad minimum in alio flumine.

4. Vt maxime Christus in pueritia baptizatus non sit, tamē tunc quocq̄ aliud signum fæderis diuini suscepit circumcisiōne, ergo ex ipso factio Christi colligitur nō decere ut paruuli sint sine signo fæderis.

5. Præterea rationes subsunt pregnantes & euidentes q̄ Christus tamdiu expectauit, nāq̄ & eo ipso q̄ nec legem Euangelicam pronunciauit, neq̄ discipulos elegit nisi si prius baptizaretur, docere uoluit baptismum ianuam & ingressum esse omnium sacramentorū, Vt iam inde possit inde aliquid etiam cauillatio duci aduersus baptismum paruulorum. 6. Super hæc est etiā illud parabaptistarum contra omnem rationē, quomodo enim baptizari potuisset etiam Christus in pueritia, quū adhuc neque baptisma aliquod nec ullus erat baptista: Et adhuc oportebat Iohannem ante eum præire ut in natiuitate, sic & in baptismo & in prædicatione & morte, ipse autē interea legem impleuit.

7. Ad extremum non habent isti aliquid quod a CHRISTO præceptum, ille enī quæuis multa de baptismō dixerit, nunq̄ tamen docuit ea baptizandum ætate, qua fuerat ipse baptizatus, uel ut ea forma & mō quo Baptizatus erat a Iohāne, uterent & alij, nullū istorum præcepit unq̄, Itaq̄ omne istud qd̄ hic moliūtur Catabaptistæ nihil

nihil agit, nihil concludit, Insuper & instabile est atque infirmum, quando cōsiderāda non est ætas ipsa legislatoris, Ecce enim Abraham iam centenarius circumciscus est, an ne ideo Iudæi, omnes in circūcidendo illam expectarint ætatem: quotusquisque ex eis fuisset circumciscus decrescente tandem & imminuta longæuitate, Cæterum quū ait, Christum non præcepisse paruulos baptizari, Vicissim mihi responde, ubi tandē peculiariter commiserit, mulieres baptizari debere, quoniā in uniuersum de omnibus loquutus est, uiris, mulieribus, senibus, paruulis & iuuenibus, Aut non generalis ista loquutio est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum cœlorum, Ecce quia neminem excludit, ergo præceptum hoc etiam paruulos includit sub amissione salutis æternæ, De apostolis iam supra dictum est quod quādo Petrus tria aut quinq; milia baptizauit, pie credendū est mulieres etiam & paruulos in tāta multitudine fuisse baptizatos, unde & Lucas ait, Adpositæ sunt in die illa animæ circiter tria milia non meminit uirorum aut mulierū, nec paruulorum neq; senum, nisi quod deinceps uiros cōmemorat dicens, factus est numerus uirorum quinq; milia, Atqui ea est scripturæ consuetudo, ut uiri tantum non etiam mulieres connumerentur, sicuti tunc quando dominus in deserto pauit magnam hominū multitudinem, dicit Iohānes, discubuerunt uiri numero quasi quinq; milia, qui mos etiam in ueteri testamento semper est obseruatus.

3. Plurimum se effecturos hoc argumēto putant aduersarij quod pueri non credant nō oporteat autem baptizari aliquem qui non credat, iuxta illud uerbū domini. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Nihil faciunt isti quod patrini loco infantis profiteantur se credere, dicūt enim, Si pro se loquitur patrinus, forsitan uerum est quod credat, sed quid hoc paruulo proderit, si ille pro infantulo hoc dicit, uerum non dicit, quoniam paruulus non credit.

Respondetur, paruulos ante baptismū non credere nisi per patrinos, uerum tamē illi per baptismum in uirtute spiritus sancti

simul cum gratia suscipiūt fidem, ut porro sint fideles, id antea ex Dionys. confirmauimus, & testatur idem Aug. dicens, quia nulla pars repromittitur paruulis sine baptismo, quoniam si paruuli per sacramentum a deo institutum numero fidelium nō adscribuntur, remanent utiq; in tenebris, suffragatur & illud quod habet in libro. 1. de meritis & remissione peccatorū. c. 25. quod per sacramentū baptismatis in paruulis fieri non dubitat mater ecclesia, quæ cor matrem eis præstat, ut sacris mysterijs imbuantur, quia non possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem, nec ideo tamen eos quisque fidelium fideles appellare cunctatur, quod a credendo utiq; nomen est, quous hoc non ipsi sed alij pro eis inter sacramenta responderint, cōfirmat idē de baptis. lib. 4. ca. 24. Atque hoc ita esse ex sacris litteris corroboremus, quoniam signum fæderis, circumcisio in ueteri testamento paruulum in synagoga addebat numero fidelium, sic Isaac circumciscus accessit Catalogo credentium, alias quid profuisset circumcisio: aut quid instituta esset a Deo, si ergo paruuli illi fideles fuerunt per circumcisionem, quid nō multo magis fideles nunc fierent per sacramentum baptismi.

Verum tergiuersari hic non potest Catholicus, quin paruuli placeāt deo, oportet igitur habeant fidem, quia sine illa impossibile est placere deo, ut inquit Paulus.

Audis sane, hoc quæris, quomodo si de habeant paruuli: Ecce discēs & illud ex nobis quā nō habent fidem acquisitam sed a deo infusam, unde & donum dei est, sic enim apostolus eam connumerat in donis spiritus, quum ait, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alij quidem datur fides in eodem spiritu, & alibi, Ex gratia saluati estis per fidem & hoc non ex uobis quia donū DEI est Vides ergo doctores differētes de fide infusa habere eius rei fundamentum in sacris litteris, Quoniam si CHRISTVS Iohannem sanctificauit adhuc in utero matris, & uisitante MARIA cognatam suam Elizabeth, exultauit cū gaudio infans in utero matris, Luc. 1.

De baptis
mo.

August.

Rom. 10.

Augusti.

Gen. 17.

Pueri cre
dunt.

Heb. 11.

1. Cor. 12.

Eph. 2.

Acto. 1.

Act. 4.

Ioh. 6.

Mat. 16.

Vide ad

longum

Tomo. 4.

de sacra

mentis.

De ascensione

• quur non etiā Christi in Baptismo dona
• conferret paruulis, profectio nāq; paruulus
• baptizatus Christianus & fidelis est, me-
• brum Christi & ecclesiae.

Quod autem contendit aduersarius fidē
patrini nihil pdesse paruulo, ipsumq; pro
eo uere dicere non posse quia credat: Re-
Rom. 1. 1. spondetur eo ipso apparere q; Catabaptis-
• tae non considerent immensam dei miseri-
• cordiam, siquidem quum certum sit paru-
• los peccatum originale ex aliena primi pa-
• rentis uoluntate cōtraxisse, quoniā in ipso
Eph. 1. omnes peccauerunt, Quur nō debeant gra-
Psal. 144. tiam rursus & ueniam mereri itidem aliena
Mar. 1. uoluntate: an non deus ad miserendū pro-
Math. 9. pensior est q; irascendum & ad puniendū:
August. Vere ille diues in misericordia, misericors
inquam & miserator dominus, propitius
erga omnes, quia misericordia eius super
omnia opera ei: Quod si hic quoq; scriptu-
rae requiris testimonium, Ecce in Euange-
lio Marci offerentibus. 4. uiris paralyticū
domino curandum, respexit ille fidem eo-
rum, Vbi August. ait, Intuendū sane quā-
tum ualeat propria cuiusq; fides apud deū
ubi tantum ualuit aliena super hac re mul-
ta diximus Tomo. 2. fol. 167. a

Hoc tamen etiam hic admonendi mihi
sūt catholici, q; paruuli Baptismus funda-
tus non est super fidem patrinorum, siquid-
em si uel patrinus nullus adesset, aut qui
adesset, fidem rectam nō haberet, imo Tur-
ca aut ethnicus esset, adhuc tamen paru-
lus gratiam baptismi acquireret, eo q; in fi-
de baptizatur catholicae ecclesiae, quae sem-
per integra est deoq; bene placita, ut ait Au-
gusti. De fide aliena potes inducere illud
Mar. 1. q; mater orauit pro filia sua, Centurio pro
Luc. 5. puero, Regulus pro filio, & pater ille pro fi-
Ioh. 4. lio suo a daemōio obfesso.
Mar. 9.

Iam ne igitur satis constat q; inique
Catabaptistae paruulos Baptismo despon-
liant, baptizatos fide priuent, unde quid
aliud nisi perpetua sequat damnatio: quo-
niam qui non credit, iuxta uerbum Chris-
Mar. 16. ti, condemnabitur, Proh deum immortalē
quanta uesania est tot paruulorū milia frau-
dare uelle ecclesiastica cōmuntione, imo &
ipsam ecclesiam sanctam tot centenis annis
despoliare sacramento baptismi, ita ut ne-

mo unq; recte & legitime baptizatus sit, ni-
si forte uetulus aliquis Iudaeus tempore ba-
ptismi Iohannis: Quid igitur est, si haec nō
blasphemia est, Christum tanto opere dis-
secūssimam suam sponsam ecclesiam dere-
liquisse neq; interea Christianū ullum fuisse,
nisi quum iam isti nescio qui Terrae filij
rebaptizationis autores ex Cymmerijs tes-
nebris progressi suam perfidiam dissemina-
rent: Quis unq; crederet talia: quis nō po-
tius persuasum haberet homines istos im-
purissimos errare ut qui maxime: O secul-
la, O mores, O miseriam temporis huius,
O deplorata hominum pectora, O errores
involutos & inter se dissidentes, ubi pro suo
quisq; animo imo & somnio effingit quic-
quid libet, Erroris huius autor hoc tempo-
re primus fuit Balthasar Hiebmayr fryd-
burgen, qui primo statim limine, ut in por-
ta Canterio, a seipso discordauit secūq; dis-
sensit ipse solus, aliquando enim dixit paru-
ulos peccatum mortale non habere cum
Pelagianis & ideo saluari, deinde opinatus
est regnū coelorum esse paruulorū, ad ex-
tremum priusq; combureretur Viennae an-
no salua. 1528. totus in errore demersus,
noluit etiam confiteri de paruulis quicq;
an saluaretur aut condemnarentur, ideoq;
& diuinæ tum misericordiae tum omnis
potentiae credidit esse relinquendum, An-
tea reuocauerat semel errorem hunc Cata-
baptismi totum idq; Turegi, sed perfidus
omnium haereticorum more, factus resiliit
ab instituto.

Et ut aliquādo ad calcem perueniam,
quum tam misericors iam olim fuerit domi-
nus in ueteri testamento paruulis, ut non
permiserit eos ultra ostiduum in uinculis
peccati originalis, quur tandem nunc in tē-
pore gratiae eos in peccato illo parētali de-
relinquat usq; ad annum decimum aut uig-
gesimum uel ultra, quum tamen uenerit iā
plenitudo temporis quo misit deus filium
suum factum ex muliere, qui & in hūc mū-
dum ideo uenit, ut omnes homines saluos
faceret, quicq; suo sanguine totius mūdi ab-
luisset peccata.

Quid quod impia ista rebaptizandi cō-
suetudo contra deum est, contra scripturas
sacras & contra ecclesiam, quae ideo ante
mille

D. Balz.

Gal. 4.
Philip. 2.

mille annos & ultra Pelagium condemna-
uit, contra quem S. Hiero. & Augu. scrip-
serunt, deinde etiā in 5. synodo Constā-
tinopolitana, multisq; alijs locis semp sunt
Catabaptistae condemnati, puta Seuerus
quidā Antiochenus cū aequali suo Petro,
monachus etiā quidā ex Syria Zoara di-
ctus. Authymus quoq; cum omnibus se-
quacibus suis, sub plurimis imperatorib⁹,
& tandē imperante Iustiniano, siquidē il-
la blasphemā est, & insignis quædā con-
tumelia in spūm sanctum, semel baptizātū
denuo rebaptizari, sicut multis iam supra
confirmauimus: quoniam baptisimus nos di-
rigit ad mortem dñi: unde & Paulus cōse-
pultos ait, nos cum domino per baptisimū
Ideoq; etiam Damas. inquit: Sicut semel
mortuus est Christus, & amplius nō mori-
tur, ita semel & nō sepius baptizandus est
homo: Quicumq; n. semel recte baptizati
sunt in cōfessione Trinitatis, Christum rur-
sus crucifigunt, dum denuo se baptizari p-
mittunt, & quantū in ipsis est, contumelia
adficiunt uirtutē & meritū passionis mor-
tisq; Christi. Nos itaq; dñm suppliciter de-
precemur, ut Catabaptistas, omnesq; aber-
rantes a uia ueritatis illuminare dignet lu-
mine gratiæ suæ, alijsq; uiam ueritatis in-
gredientibus uitā concedat æternam, qui
ipse est uia, ueritas, & uita, Amen.

Homilia quarta in die ascensionis domini, de uirtute & operatione miraculorū.

SImulatq; Dominus noster Iesus
Christus iamā ascensurus in cœ-
lum discipulis suis cōmisisset præ-
dicare Euangeliū omni creaturæ, pro quo
munere Neochristianorum prædicatores
aliud nil agunt, nisi q; in suggestis suis Ec-
clesiam totā, eius magistratus & consuetu-
dines, & quicquid in ea est calumniantur.
Præterea formā eos iam docuerat baptis-
mi in nomine patris & filij & spūs sancti,
ad extremum signa cōmemorat quæ ope-
raturi erant fideles, dicens: Signa eos qui
crediderint hæc sequentē &c. Miracula illa
ideo hic dñs cōmōstrauit, ut in ijs doctrina

sua Euangelica & fides cōmendarent, iux-
ta istud Pauli: In nos illa cōfirmata est cō-
testante deo signis & portētis, & uarijs, uir-
tutibus, sic non semel Christus Iudæos do-
ctrinæ suæ credere nolentes, relegauit ad
opera, ut quū dixit: Si non facio opera pa-
tris mei, nolite credere mihi, si autē facio &
si mihi nō uultis credere, operibus credite.
Et alibi ait ad apostolos: Alioquin ppter
opera ipsa credite, Iudæos quoq; inculcat di-
cens: Si opera in eis nō fecissem quæ nemo
alius facit, peccatū non haberent. Hæc oīa
ijs etiā dicere potest dominus, qui apostos
lis non crediderunt & posteris eorū, qui
cūq; miracula sequētia, aut aliqua ex eis
fecerunt. Quintuplicia autē signa enume-
rat hic Christus, quæ fideles sui erant ope-
raturi. Primum: In nomine meo demonia
eijcient, sepius hoc fecerunt tum apostoli
tum & aliq; quidam sancti, sicut Paulus ma-
lignum spiritum eiecit ex puella in ciuitate
Philippis, & aliquanto magis in Ephes-
so. Neq; temere hoc miraculum primo lo-
co proposuit hic dominus, primū. n. oportet
uirtutem & potentiam diaboli expelli,
in hoc ut homo fidem suscipere possit a dia-
bolo nihil impeditus, quoniā hostis iste
malignus præsentiam Christi in corde ho-
minis sustinere non potest, q; & signatum
est quando clamarunt demonia per obses-
sos: Tu es Christus filius dei. Morem hunc
religiose obseruat Ecclesia, dū ante baptis-
mum exorcismis utitur, quib⁹ expellitur
ab homine diabolus, quādo presbyter sus-
flans in faciē paruuli, dicit: Exi immunde
Sathan ab hac imagine dei, da gloriā Deo
uiuenti & uero, da gloriā Iesu Christo
filio eius, & spiritui sancto.

Alterum miraculū qd facturos fideles p-
dicit dñs, est hoc: Quia linguis loquentur
nouis, id sane ipsum omnes fecerunt apo-
stoli, primo statim die Pētecostes, sicut re-
fert Lucas, qm impleti sunt oēs spū sancto
& ceperunt loqui linguis nouis, prout spi-
ritus sanctus dabat eloqui illis, hoc etiam
donum spūs sancti, inter cætera Paulus e-
numerat. Et ipse quoq; uarijs linguis lo-
quebatur. Præuidit insuper hoc ipsum p-
pheta dicens: Dñs dedit mihi linguā eru-
ditā, ut sciā sustētare eū qui lapsus est vbo.

T

Heb. 2

Ioh. 10

Ioh. 14
v. 15.

Miracula

Act. 8
v. 19.

Act. 2

1. Cor. 12
v. 14.

Es. 50